

Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.25

Auteur(s) : Paul Gilbert Marie Simon Blanchardon

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Veuve Ballard

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1787

Description : Une feuille de papier bruni, collée sur une pièce de toile brune. Une réparation visible au niveau de la pliure médiane. Déchirure au coin inférieure droit. Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 670 mm ; largeur : 484 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Paul Blanchardon, le lundi 2 juillet 1787, à Paris. Les articles de droit civil traitent de l'autorité d'un tuteur dans les contrats que passe son pupille. Les articles de droit canon portent sur les fiançailles et les mariages. L'estampe représente Saint Irénée invitant à brûler les ouvrages contenant des hérésies.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



OPTIMI PATRIS PATRONO.
THESES UTRIVSQUE JURIS.
EX MATERIA SORTITO DUCTA.
CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. 19. Extrà. De Sponsalibus & matrimoniis.

SPONSALIA à spondendo dicta quod veteribus mos esset stipulari & spondere sibi futuras uxores, definiuntur mentio & reponitio futurarum nuptiarum.

DUO olim erant sponsaliorum genera: alia per verba de presenti, alia per verba de futuro contrahantur: sola de futuro sunt in usu.

AD sponsalia sicut ad matrimonium consensus est necessarius: unde inter infantes septennio minores contracta nullius sunt momenti.

SPONSALIORUM duo sunt effectus, inducunt obligationem contrahendi matrimonii & ex his oritur publicae honestatis iustitia.

MATRIMONIUM speculatur potest vel ut contractus, vel ut sacramentum, ut contractus, est viri & mulieris conjunctio individui vitae consuetudinem continens.

MATRIMONIUM ut sacramentum rectè definitur, sacramentum novæ legis quo vir & mulier liberorum procreandorum causâ perpetuam vitæ societatem incurrunt.

MATRIMONIUM consensus facit, non concubitus.

ITER puberes tantum & nuptiarum capaces contrahunt matrimonium.

ITA individuum est matrimonium ut nullâ ratione dissolvi possit.

Ex Lege 3. Cod. De Autoritate praestanda.

AUTORITAS tutoris est pura & expressa negotii pupillaris approbatio, quæ à praesente tutore in praesenti negotio bonâ fide interponi debet.

NEC facit est tutorem corpore esse praesentem, nisi sit etiam animo, ita ut intelligat quod agatur, & praesenti pupillo auctoritatem accomodet.

PER Epistolam, aut per nuntium interposita auctoritas non valet, ne propter absentiam tutoris pupillus in damno versetur.

IN his causis necessaria est, ex quibus obligationes mutuae nascuntur, si intervenerit tutoris auctoritas, ex his obligatur pupillus.

Si non intervenerit, benignè receptum est ut ii qui cum pupillo contrahunt, obligentur, licet invicem pupillus non obligetur.

Si quid dari stipuletur pupillus, non est necessaria tutoris auctoritas, nam sine ea meliorem suam pupillus conditionem facere potest.

DETERIOREM vero sine tutoris auctoritate facere nequit, idè si quid aliis promittat, non obligatur.

ABSQUE tutoris auctoritate hereditatem quamvis lucrosam adire non potest, nec ex fideicommissis recipere, aut bonorum possessionem petere.

CÆTERUM neque in civili, neque in criminali iudicio pupillus sine tutoris auctoritate confutere nequit.

Has theses ex utroque Jure, Dio duce, auspice Dei-parâ, & Praefide Cl. P. D. MATTHÆO ANTONIO BOUCHAUD, Equite, Comite Consistoriano, J. U. D. Antecessore, & Regia inscriptione & humani litterarum Academia, Divionensi & Allobroge Academiae Honorario, Lectore & Professore Regio, juris Naturæ & Gentium, ac Censore Regio, tuca conabatur PAULUS GILBERTUS MARTIA SIMON BLANCHARDON, Sandominicanus, die Luna 2. Julia, anno Dom. 1787, à sexagesimo quinto ad sexagesimum septimum.

Aderunt cum jure suffragii sorte docti Clar. D. D. Drouot, Vasselin, Sarréte, Berthelot, Gravier, Duménil.

P A R I S I I S.

IN SCHOLIS JURIS.
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam BAILLARD, Confessoriam Facultatis Typographica, viâ Madruguerum.

